

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quois anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. XIX. Josephi pater moritur, & sepelitur. Moritur demum & Josephus,  
Omnes hesterni sumus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

multò meliora; nisi quod illie tamen pīces nobis plerumque appositi, ex his, qui Norwegia adseruntur sole induit & vento; at panis ē siliquæ cādem. Hos tamen cibos edere jam didici, imō concōquere: & si ad vos unquam redeo, virum videbis sive pāserēni marinū potius, qui vorare didicerim ferrum. Hæc in mensā, vis etiam & leatum? plāne eleatum. Lectica plerisque in ordinem ad utrūque latus; juxta eas vacce, equi, vituli: suprā pulli & galinæ: subter (testor fidem) porci. De pulvino aut linteis; oro te, noli querere. Mendicorum nostrorum tege-  
tes longe mēiores ac pūiores, aut centones. Itaque per dies totos octo vel tem non posui. Iam illud corolatium pulchrum: quod duas noctes dormivi in aper-  
tā navi live cymbā, in Hontā flumine, sub puro Iove,  
idque colo pluvio & vento.

Quid Lipsius ad hæc omnia peregrinationis in-  
commoda dixerit, nū unum illud: Peregrinus sum;  
nil peregrinantū à me alienum puto, peregrina-  
tiones aliter non constant. Ita & nobis omnibus sentiendū, quidquid deum occurat adversorum,  
Peregrini sumus: & peregre vivimus, peregrinis ni-  
hil familiarius, quām nova quotidie ferre incom-  
moda.

Gim. 4.7. ms. 9. Jacob grandævus natu: Dies peregrinationis, inquit,  
vita mea centum triginta annorum sunt parvi & mali; hoc  
est pauci & malorum pleni; nec pervenerunt usque ad dies  
patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Abraham vixit  
annis centum & septuaginta quinque. Isaac centum  
octoginta: Iacob centum quadraginta septem; & in  
Ägypto quidem septendecim vixit annis. Non mi-  
rum Iacob annis paucioribus vixisse, quām parens,  
quām & avu vixerit, in prompta causa est, diutur-  
nis minoribus conficiebatur. Animus gaudens atatem  
floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa. Vis esse longa-  
vus sis semper latus. Conscientia bona nunquam si-  
ne lētiā est, de suo gaudet, intus sibi canit, & plau-  
dit. Homo bona conscientia, divinæ voluntati ac  
providentiā se totum plenissime committit, securus  
futurorum, hoc uno semper latissimus, quod à Deo  
omnia scientē amantissimē regatur simul ac provi-  
dentissimē. Hoc animus gaudens est, hoc atatem fa-  
cit floridam. Hoc peregrinum in maximis incommo-  
dis, in adversis omnibus solatur. Peregrini nos om-  
nes sumus. Post annos quinquaginta ubi erimus?  
Eius leges peregrino datur. Tendimus, tendimus; sed nondum venimus in ce-  
lum. Hic peregrino duplice, sed brevem figo legem.  
Prima; Vbiq; peregrinum te esse memento. Hoc Olympi-  
pius identidem monebat. Hæc memoriaz nostræ labes  
est, obliuiscimur id quod sumus. Memento opulen-  
to, libidinoso, potulente, iracunde, fastuoso homo,  
memento te peregrinum esse, & ad unam cum omni-  
bus properare metu mortis, memento.

2. Patien-  
tiā peregrinū  
te esse me-  
mendo. Altera; Patientia peregrini omnibus necessaria. In eam  
tu peregrinom eleganter Franciscus Petrarca hoc docet com-  
mis omnibus necessaria. Dpendit. Vis ut longum iter breve fiat, volens i. Quan-  
doquidem non possumus non peregrinari, faciamus  
id non repugnante, non gravate, sine reculazione,  
egregiā animi alacritate, summo studio, voluntate  
prompta; quisquis peregrinus es, si volens & libens,  
& omnia mitigabis incommoda. Si fames aut sitis,  
æltus, aut frigus vexet, si via canosa aut apera; si  
comites importuni sint & molesti; si prædones, via-  
rum infessores, obvij, si tempestas fœda, immoderata,  
atrox; si paupertas insequatur, si jumenta, cur-  
rus, naves aut delicti aut periculis objiciant, si hospi-  
tia vel nulla sint, vel paupertina, hæc omnia, quæ  
nec vitare potes nec emendare, quæso tolerare non  
pigeat; si volens. Incommoda & adversa, mi pere-  
grine, quotidie perferre propriè tuum est. Gregorius  
Nazianzenus fortiter dixit: Nobis omnis terra, &

A nullā terra patria est. Vbiq; & nūquam domi sumus,  
dūm extra cālū agimus.

## C A P V T X I X.

Iosephi pater moritur & sepelitur. Moritur de-  
sum & Iosephus. Omnes hēsterni sumus.

Gen. 4.7. v. 27. n. 9. H Abitavit ergo Israël in Ägypto. Id est, in terrā Gen. 4.8.  
Gessen, & possedit eam: autē tūque est, & mul-  
tiplicatus nimis. Et vixit in eā decēm & septē annis,  
faetique sunt omnes dies vīta illius centum quadra-  
ginta septē annorum. Cūmque appropinquare cer-  
neret diem mortis suā, vocavit filium suum Ioseph  
& dixit ad eum: Si inveni gratiam in conspectu tuo,  
pone manū tuā sub femore meo: & facies mihi  
misericordiam & veritatem, ut nū sepelias me in  
Ägypto: Sed dormiam cum patruis meis, & aufer-  
as me de terrā hāc, condāque in sepulchro majo-  
rum meorum. Cui respondit Ioseph: Egō faciam,  
quod jussisti. Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo  
jurante adoravt Israël Dominum, conuersus ad le-  
būli caput. His itaque transactis nuntiatum est Io-  
seph, quod agrotaret pater suus: qui allumpis duo-  
bus filiis Manasse & Ephraim, ire perexit. Dictum-  
que est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui  
confortatus sedidit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph  
ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luzā, quæ est  
in terrā Chanaan: benedixitque mihi & ait: ego te  
augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas po-  
pulorum: daboque tibi terram hanc, & semini tuo  
post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij  
tui, qui tibi nati sunt in terrā Ägypti, antequam hue  
venire ad te, mei erunt. Ephraim & Manasse sicut  
Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos  
autem quos gerueris post eos, tui erunt, & nomine  
fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.  
Mihi enim, quando veniebam de Melopotamia, mor-  
tua est Rachel in terrā Chanaan in ipso itinere, erat-  
que vernum tempus, & ingrediebar Ephratam, & se-  
peliyi eam juxta viam Ephratæ, quæ alio nomine  
appellatur Berlachem. Videns autem filios ejus dixit  
ad eum: qui sunt isti? Respondit: filii mei sunt,  
quos donavit mihi Deus in hoc loco: Adduc, inquit,  
eos ad me, ut benedicam illis. Oculi enim Israël ca-  
ligabant præ nūmā senectute, & clare videre non  
poterat. Applicitque ad se deosculatus, & circum-  
plexus os, dixit ad filium suum. Non sum fraudatus  
aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuū.  
Cūmque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adora-  
vit pronus in terram. Et posuit Ephraim ad dexte-  
ram suam, id est, ad sinistrā Israël: Manassen ve-  
ridō in sinistrā siā, ad dexteram scilicet patris, appli-  
cuītque ambos ad eum. Qui extendens manū dexte-  
ram posuit super caput Ephraim minoris fratris: si-  
nistram autem super caput Manasse, qui major na-  
erat, communatis manus, Benedixitque Iacob filii Io-  
seph, & ait: Deus, in cuius conspectu anbulaverunt  
patres mei, Abraham & Isaac; Deus, qui pascit me  
ab adolescentiā mēa usque in presentem diem; An-  
gelus, qui eruit me de cūpītis malis; benedicat pue-  
ris istis, & invocetur super eos nomen meum; no-  
mina quoque patrum meorum Abraham & Isaac, &  
crecent in multitudinem super terram. Videns au-  
tem Ioseph, quod posuisset pater suus dexteram ma-  
num supra caput Ephraim, graviter accepit: & ap-  
prehensam manū patris levare conatus est de E-  
phraim, & transferre super caput Manasse. Dixitque  
ad patrem: Non ita convenit pater, quia hic est pri-  
mogenitus, ponere dexteram supra caput ejus. Qui re-  
nuens ait: Scio fili mihi, scio: & iste quidem erit in po-

pulos & multiplicabitur: sed frater ejus minor, major erit illo, & Iemen illius crescat in gentes. Benedixque eis in te spore illo dicens: In te benedicetur Israël, atque dicetur: faciat ibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constitutique Ephraim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filium suum: Ex ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem viam extra fratres tuos, quam tu hunc de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo, &c. Finitimique mandatis, quibus filios instrubat, collegit pedes suos super lectulum & obiit, appositusque est ad populum suum.

*Iacob moritur, rogarque sepeliri monumeto majori. Obiit Iacob anno m. di 226. cum Ioseph annum age ret quinque sex. Iacob egestum Hebrei populus. Ægypto p. ann. 190. Dum verò in Ægypto fuit Iacob, natu est Iob. Gen. c. 50. vers. 11.*

Ad hanc finem tendimus, mi Lector, & unā Iacob ad terminum vīce. Imminente igitur morte optimus senex filium suum Ioseph acciri curans: Si me amas, inquit, mi fili, hanc mihi gratiam praesta, & mortuum me non in Ægypto, sed in majorum meorum monumēto sepelias. Cui Ioseph: Faciam, ait, mi pater, quod jubes. At verò Iacob, ubi Ioseph fuit Ephraim & Manasse optime precatus est, ubi & fūmēt filii eventus varius predixit, & præceptionibus optimis instruxit, collegit pedes suos super lectulum & obiit, appositusque est ad populum suum, expletis centure quadraginta septem annis. Ioseph parentem funerum arcte complexus lachrymis & oculis vultum expirantis notavit. Mox servis suis medicis præcepit, ut cadaver patris vario aromate condirent. Luctus autem funebribus, Ægyptio more, diebus septuaginta duravit.

At Ioseph palatinos optimates conveniens: Obscurō, ait, li gratiosus sum apud vos, peregrinatione mea apud Pharaonem regem favete. Parents meus sub obitu jurejurando me adegit, ut se in terrā Chanaanā, in majorum nostrorum monumento sepeliam. Has ergo pietatis vices parenti meo defram; mox ubi eum in terrā humavero, hoc reverter. Nec difficilis in eā re Pharaō, & petitioni Iosephi annuens: Ascende, inquit, & parentem tuum terrā manda. Proficisciēt autem Iosepho comitati sunt eum, honoris causa, non solum omnes regis process, sed & omnes Ægypti totius satrapæ. Adfuit tota Iosephi familia, & omnes illius fratres, qui supremos patri honores habuerunt. Fuitque funus longè illustrissimum, equitum & currum ingenti apparatu. Postquam diebus septem celebratae sunt exequiae maximis planetū argumentis, dixerunt Chananæi: Planitus magnus est iste Ægyptius, inde loco nomen inditum: Ægypti planitus. Ita Iacob à filiis suis sepultus est in Chanaan, in speluncā duplice, quā Abrahamus emerat ab Ephrone Hethæo in sepulchrale conditiū. Sepulto patre reversus est Ioseph in Ægyptum cum fructibus suis, omnique comitatu. At fratres male vīti ne Ioseph injuriā, quam olim accepīset, jam parente amoto vindicatum ierent. Quapropter omnes illi supplices pronōque corporis flexu cum adorantes, obsecrānus, inquiunt, ut fraternali sceleris oblitus, nos licet immitterentes perpetuā gratiā frui permittas. Hoc idem parentis noster jam proximus morti, suo nomine rogari te voluit, ut quidquid peccassemus in te, id clementer servis tuis condonares. His precibus illacrymāns Ioseph: Netimeatū, inquit, num Dei possumus resistere voluntati? Vos malum in me cogitastis, sed illud Deus in bonum vertit, ut ad eam, quam cernitis, eveneret dignitatem, & complures populos servaret à fame. Metum omnem mittite, ego vos, vestrosque liberos pascam. Hac verborum suavissimā lenitate illos consolatus est. Ita Ioseph cum omni domo patris sui habitavit in Ægypto, viditque non tantum nepotes, sed etiam prænepotes, tam Ephraim quam Manasses. Cūmque jam & ipse Ioseph in vicinus morti ageret futurorum præcius his monitis

*Ibid. v. 19.*

Fratres Ioseph obsecrant ut fraternali sceleris oblitus. Ioseph vi-

cius morti migrat.

A fratribus imbiuit: Visitabit vos Deus post meum obitum, & Ægypto faciet migrare: vos autem istud humanitatis mihi exhibete, & oīda mea ē loco isto aportate vobiscum. Ita & Ioseph diem suum obiit expletis centum & decem vitæ annis. Et conditus aromaticis depositus est in loculo in Ægypto. Hic nostrum omnium terminus est. Moritur Abraham, moritur Isaac, moritur Iacob, moritur & Ioseph. Omnes morimur, & velut aqua dilabimur in terram. Hesterni quippe sumus, certi lob, & ignoramus, quoniam sicut umbra dies nostri sunt lobis super terram.

Diximus capite decimo septimo: Pastores sumus nos omnes. Subjunximus sequente Decimo octavo capite: Peregrini sumus nos omnes. Hoc igitur ultime recte sequitur: Hesterni sumus omnes. Istud ad obitum Iosephi quinque conclusionibus paullò enucleatius trademus.

## §. I.

**I.** *C*onclusio. *Vita justorum arumosa, mors prei-  
sa, merces glorioſa. Patriarchæ Iacob vita fuit  
sanè arumofissima. Decemplicem peculiarem viri  
luctum est numerare. Redigamus in numerum com-  
pendio. I. Luctus: Ob iram & minas Esau fratri ces-  
reliatā domo paternā profugere coactus est in Ha-  
ram. II. Apud Labanum avunculum durissimam ser-  
vitutem toleravit. III. Redux in patriam, Esau fra-  
trem cum quadringentis viris occurrente in ingeni-  
metu perculsus extimuit. IV. Stupro filia Dina, &  
filiorum in urbe Sihem cædibus patrati. Valde affli-  
ctus, ne à Chananeis opprimetur, formidavit. V.  
Mors Rachelis conjugis in ipso paru extincte illum  
utique magno luctu affectit. VI. Incestus filii Ruben  
non leviter eum turbavit. VII. Iosephum annis vi-  
ginti tribus tanquam à ferā discriptum assiduo &  
ingenti luctu est prosecutus. VIII. Fames & annone  
caritas in Chanaan, panis ē regione alienā potendus.  
IX. Simeonis filius in vinculis detentus, Benjaminus  
in Ægyptum abductus. X. Tot itineria & profectio-  
nes quas Deus, vel ipsa necessitas indixit. Nec ulti-  
ma illa in Ægyptum ipsi & patribus invisa, incom-  
modata & metu omni caruit. Post ista æquanimiter  
tolerata, mors illum à Iosepho ceterisque filiis ac ne-  
potibus abstraxit.*

Parentis obitum eadē viā secutus est & Iosephus filius. Quād autem non luctuosa Iosephi senis optimi mors fuit, quād merces glorioſa, in hoc etiam orbe! quād suaviter cantavit hic centum & decem annorum cygnus, quād pulchra sub vitæ finem edi-  
dit vaticinia? Iosephi vita pluribus annis erat arum-  
osa, mors admodum felix & pretiosa: non minus quād parens futorum conscius plurima prædict  
etiamnum juvenis. Sub vitæ epilogum apertissime  
vaticinatus: Post mortem meam, inquit, Deus visibat vos Gen. c. 19.  
& ascendere vos facies de terra ista, ad terram, quam juravit vos, Abraham, Isaac, & Iacob.

Veterem novāque legem omnem lustrate, profa-  
nani sacrāmq; historiam excutite, in omnibus Chri-  
stii amicis deprehendetis vitam arumofam, & mor-  
tis pretiosam. Ab ave domesticā id discamus. Galli-  
na, dum vivit, in cæno & sordibus oberrat, in sterquilino sibi converrit ossulam; Nifus gestatur manibus, in honore magno est; gallina jugulata, deplumatur,  
coquitur in patinis argenteis, principibus & regibus  
apponitur; Nifus mortuus in infernum abicitur. Ita  
purpuratus epulo Hierosolymis omnium oculis, ma-  
nibus, encomiis cerebatur, dum viveret; mortuus, in  
inferno sepultus est; Lazarus, dum viveret, homi-  
num abicitissimus; mortuus, Angelorum manibus  
in Abraham gremium est deportatus. Lazari vita ar-  
umosa, mors pretiosissima; Epulonis purpurata  
vita

vita sanè pretiosa , mors multò fuit ærumnolissima. Sic vertunt vices. Non formidemus vitam ærumnis variis onustam , modò mortem obeamus cœlestibus præmiis honoratam. Hæsterni sumus nos omnes; cùm tota deficerit vita, videbitur transiisse dies hæsterna.

## §. II.

**I.** **C**onclusio. *Mors bona bonis omnibus preferenda.* Non est majus bonum, nec gratia major in orbe, quām vitam pī sancte finire. Hanc summan gratiam mereri nunquam possumus de condigno (ut loquuntur schola) sed tantum de congruo. Quod səpius inculcandum. Hanc gratiam eti centum annorum obsequis accuratissimis ambiremus, nihilominus æquissimè responderet Deus: Nihil tibi debeo; mera, merissime est gratia, in bono perseverantia. In hanc omnis cogitatus humanus assidue fit intentus. Explicamus hoc.

Statuarius artificiosissimè finxit è marmore Damoclem Dionysij regis Assentatorem in sella sedentem eo habitu, situque, ut gladium cervicibus immidente fixissimis oculis perdis & pernox suspiceret. Quisquis saxeum hunc hominem vidit, hoc ferre de illo pronuntiavit: Hic homo dies noctesque in gladium impendentem oculos erigit, perpetuus sine cessatione spectator. Huic similes sumus, gladius nostro impendet capiti. Tandem cadet. Certissimum, nil certius. Sed refert, quā cadat, num dextrā, num levā. Ideo caturum denique horis omnibus suspiciamus. Huc cogitationes, huc labores, huc nostra omnia spectent. Hæsterni quippe sumus. De Iacob morituro dicunt divinas pagina: Cūnque appropinquare cerneret diem mortis sua, vocavit filium suum Ioseph. Hæc misericordia extorrisima est hominum socorditer viventium, quòd mortem non cernant appropinquantem, nec in letali quidem morbo, cùm jam cominus adrepit. Moneri nolunt imminentis fati. Medicus plerumque fausta pronuntiat, aut silet tūstia, & spem vite facit; solantrū amici solatoliis inanisimis. Ita memoriam mortis excludit brevī moriturus. Hi tales moriuntur sicut Ägyptij, qui Hebreum populum migrantem insecuri sunt: subito coit reductum mare, & opprescit vociferantes: Fugiamus; Dominus pugnat contra nos. Scro nimirū hæc clamatis, o viri, scro nimirū circumspicitis fugam. Fugientibusque Ägyptis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in medius fluctibus.

**I**decir rex David mature vociferatur: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne unquam sine pio sensu, eretate cogitatione, tuique desiderio deprehendar. Proba mentis homo prævidet mortem, mors illum non inventit dormientem, aut extixio torpente frigore. Eam ob causam Christus præmonens: Orate, inquit, ut non fiat fuga vestra in hieme. Iusti omnes moriuntur vere, quounque demum anni tempore moriantur: nam Deus illos velut vernantes rosas colligit. Pharmacopole sub verum tempus uno quandoque die aliquot rofarum millia carpunt: ita Deus quotidie veris opes suas decerpit sibi rosas; quotidie bearorum numerus augetur morientium decessu. Cælestis sponsa gratulatur sibimet: Dilectus meus descendit in hortum suum. Quod Theodoreps explicans: De spinis colligit lilia; inquit, rosasque; felicet animas de corpore sollicitudinibus. Quid corpus nisi vegetum, sub quo dilitescit anima, & crebro male compungitur. Ex hoc vepreto Deus animam velut nobilissimam rosam sibi feligit. De brevi rofarum ævo eleganter canit Ausonius:

Quām longa una dies, atas tam longa rofarum.

Nec longior est hominis. Nam mortalium nemo, si horas numeremus ad Dei Calendarium, die uno toto superero. Deo mille anni dies unicus sunt. Affir-

mat David: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies hæsterna, que præterit. Idem affirmans & Petrus: Vnum, inquit, verò hoc non lateat vos carissimi, quia unus 2. Pet. c. 3. dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vers. 8. unus. Atqui longævorum hominum nemo unquam totis mille annis vixit. Ad hujus diei metam proximus accessit Mæbusalem, non tamen diem torum, hoc est mille annorum nostratum pervixit. Rosa fuit:

Quam modo nascentem rutilus confexit donum,

Hanc rediens sero vespere vidit annum.

Prudentius vates Christianus hominem rosæ conseruens ita cecinit:

Salvete flores martyrum,

Quos lucis ipso in limine,

Christi insecuri sustulit,

Ceu turbo nascentes rosas.

Rosa sumus, manè floremus, vespri languemus, cadimus extinguimus. Hæsterni quippe sumus nos omnes.

**III.** **I**usti in vita pugnant, in morte triumphant. An 3. Iusti in non pugnavit Ioseph? Certamente forte dedit illi Deus ut vita pu- gnant, in vincere. Completes hostium in unum Iosephi caput morire conjurarunt: Fratrum inuidia, dominæ luxuria & triumphus. calumnia, domini fætua, ingratus amans pincerng, Sap. c. 10. multiplex miseria. Pugnavit sane acriter & vicit. Pu- vers. 12. gnavit & Iacob pugnas sanè difficiles. Ipsomet de seipso: Do tibi partem unam, inquit, extra fratres tuos, Gen. c. 48. quam tuli de manu Amorhei, in gladio & in arcu meo, hoc est, in oratione ac deprecatione mea. Pugnavit Iacob viginti tribus annis ob amissum filium carissimum. Arduas pugnas pugnavit Iacob. Nam Simeoni & Le- vi filii dixit: Tu uasis me, & odiosum fecisti me Cha- Gen. c. 34. nanae & Pherezis habitatoribus terra hujus. Nos pauci fu- vers. 30. mus; illi congregati preuerint me, & delebor ego & nomus mea. At vero in morte triumphavit; benedixitq. filio- Gen. c. 49. rum singulis, benedictionibus propriis. Iusti in vita pugnant, vers. 28. in morte triumphant. Pugnamus strenue dum pu- gnandum est. Militia est vita hominis super terram. Recu- 1ob c. 7. v. 1. lit vivere, qui detrectat pugnare. Nec ipsa mors sine gravi lucta appetitur; & plerumque quanto vicinior fini fit vita, tanto gravior exurgit pugna. Hic depu- gnandum est, & aut vincendum, aut ardendum. Pugnamus, dum hostis nostros pulsat limites. Brevi sor- tietur finem pugandi tempus: Hæsterni quippe sumus nos omnes.

## §. III.

**IV.** **M**ors jasiorū aterni paschatis initium. De Chri- 4. Mors ju- storum ocellus, Christi Iohannes: Ante diem fe- storum æ- flum Pascha, inquit, sc̄iens IESVS, quia venit tempus ejus, schatis ini- ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. En exemplar, & rium. imaginem istorum omnium morte occurrentium. Ioh. c. 13. Quid aliud est omnis vita nisi cineraria & soteria? vers. 1. Luckus è lucu nascitur, calamitas calamitatē ex- cipit, alij super alios moeres ingruunt, catena- D te sunt miseria nostræ; cineribus largè perpluimus; modò famæ, modò sitis, modò aliud triste quippiam nos exerceat; semper aliquid cineris lambendum. vix unquam è toto leti sumus. Tandem vicina mors pascha proximū esse denuntiat. Venit hora ut trans- eant. Terminus à quo, & Philosophorum cathedra Mundus loquuntur, mundus est, lacrymarum, periculorum, est termi- misericordiarum, malorum omnium plenus. Terminus ad nus à quo, Cælestis quem, coelestis Patria est. Transfut ex hoc mundo patria ter- ad Patrem. Mors horum talium Transitus, seu pa- minus ad schatis principium est. In istam spem certissimam nos querem, ergens Augustinus: Ecce pascha, inquit, ecce transitus. Aug. tom. 9. Unde & quod? De hoc scilicet Mundo ad Patrem. Spes mem- tract. 55. in Ioh. c. 13. beris in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio se- cutura. Quid ergo infideles, nonne & ipsi transirent, quia non permanent. Transeunt planè & ipsi, sed aliud est transire de mundo,

mundo, aliud est cum mundo: Aliud transire ad patrem, aliud ad hostem. Nam & Ägypti transferunt. Non enim perseguendo manerantur: Non tamen transierunt per mare ad regnum, sed in mari ad interitus. Cum ergo noster nos transitus, seu, Paclia voca, transeamus lati, sive bona pleni, transeamus cum pastoribus usque Bethlehem, transeamus usque ad patrem, & ceterum, &c., ut Augustinus loquitur, ad ejus fundatissimum regnum. Transeamus, ne cum mundo pereamus, transeamus ad Patrem; Hesterni quippe sumus nos omnes.

Vt non metuamus venturum judicem, amplectamur nunc Dominum in cruce morientem. Hic duo nobis sedulè conficeranda. Metus venturi Iudicis, amplexus Christi morientis. Sifos Iosephus filios Manasse & Ephraim ad Iacob parentem duxerat, ut ab avo preicatione solenni lustrarentur. Quapropter natu maiorem ad avi dexteram, natu minorem Ephraim ad levam collocat. *Gen. c. 48. v. 17. & 18.* senex Iacob quantumvis caligantibus oculis, hos nepotum situs perquisitè observans, commutavit brachia, manuque decussati applicans dexteram Ephraimo, Manasse autem sinistram imposuit. Hic Ioseph errorem caligantium oculorum emendaturus, apprehensam patris dexteram ex Ephraim caput in Manasse caput conatus est transferre, & ad patrem aliquantulum commotio: *Non ita convenit pater,* inquit, *qua hic est primogenitus;* pone dexteram super caput ejus. At relutatus pater: *Scio, filii, scio, ait, & iste quidem erit in populus,* & multiplicabitur, sed frater ejus minor, maior erit illo. Hoc nobis Deus ab orbe condito sub imaginibus diversis proposuit, ut id animo & cogitatione probè comprehendemus, que videlicet supremi judicij futura sit ratio, quam distincta ac dispareas duas partes constitueret, Massa damnatorum & chorus Angelorum. Hoc certè judicium providus pater ab orbis incunabulis verso scheme spectandū ingressit: Apostatas Angelos a se repulit aeternum, hominem hincum jam perditū ē sordibus erexit; Abelem elegit, Cainum rejecit; Ifaacum extulit, Ifmaelēm repulit; Iacobum approbat, Esau repudiavit; Iosephum natu pene minimum in sublime erexit, Ruben primogenitum depresso; Davidem in regem elexit, Davidis fratres sōlio procul amovit; Hebraum populū abdicavit, eorum vicem gentes substituit; latronem unum cum filio crucifixo assumptū, alterum præcipitavit. Hæc facies erit novissimi tribunalis; geminae partes stabunt dexterā levāque, hinc beati, illinc damnati. Et quod obstupescendum in illis omnibus, quas diximus, electionibus natu minores, & qui videbantur viliiores ac abjectiores, prælati sunt majoribus, quibus præeundi jus competere credebatur. Hinc illa Iacob voces: Scio, filii mi, scio quid agam, nec hujus rei modum definiri mihi patior: Minor erit majore major. Hæc admodum tremenda sunt judicia. Hæc dies nocte, que toto animo cogitanda sunt. Heu quanti nunc in honore, & in pretio D sunt, florent, fulgent, nomen & decus gerunt, gloriā circumfluunt, ubique ad dexteram consistunt, qui tamen ante tribunal Christi ad levam hircorum partem stabant. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestre, neque via vestre, via meæ, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur cali à terra, sic exaltata sunt via meæ à viis vestris & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Non multi

*Isa. c. 55. v. 8. & 9.*

*1. Cor. c. 1. v. 26. 27. 28.*

A sapientes secundum carnem, non multi potentes, non malitiosi: sed que stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, ut ea, quæ non sunt, & ea que sunt destrueret. Ita Deus judicat, sed longè aliter, fatemur, quād homines. Mane, mane, *Sept. 1.* dicuum suum dabit in lucem, & non abscondetur. Adhuc mediæ, *vers. 1.* aliquantulūque, qui venturus est, veniet, & non tardabitur. Leo ruger (*altâ iride*) quis non timebit? Verè formidabilis sunt Domini iudicia. Hæc affimatione, *vers. 2.* certa assidue sunt penfanda. Verū, ne meritas venturum judicem, amplectere Dominum IESVM in cruce morientem.

Decussata manus Iacob mysterium crueis tantò antè prævisa representant. Servator orbis decussato palo suffixus unum oculum habet clausum, apertum alterum. Icone non absimili hoc explicamus. In Lusitania urbe Bausas imago Crucifixi Domini magna è ligno facta visitur. Narrat, qui accurate spectavit. Hoc pendens IESV signum admiratione omnibus, & venerationi est. De hac religiosus, quem dixi speculator: Potui, ait, quiete, & serio augustinianam patientis Christi effigiem spectare. Situs hic erat. Caput aliquantulū in latus dexterum vergebatur, dexterū itidem oculo clauso, sinistru, oculis omnium testibus, apertis, tota facies erecta propriebat calum. Huc spectatum tota excurrit venerabunda Lusitania. Prisco sermone fertur à Nicodemo sculptum. Ut ut sit de imagine. Verè Christus in trabem affixus, oculum unum exhibet compressum, alterum reseratum. Germani gratiam facturi connivendo, alterum oculum dicunt claudendum. Christus Dominus à ligno regnans dextrum oculum claudit in omnes omnium electorum noxas, *Cu[m] simulans peccata hominum propter pa[n]tentiam.* Et hoc est, quod adeò effictum rogarat *Da-* *vid:* Averte faciem tuam à peccatis meis. Connive Domine, ne, ac diffimula, qui misereris omnium, quia omnia posset, *vers. 11.* tes & diligis omnia, quia sunt, & nihil odisti eorum, quae fecisti. Ita Christus claudit oculum justitie, ut apertat gratiae, ac veniae. At enim in sceleratum latronem, cetero, que omnes pervicaces & impios apertus vigilat oculus. Quoties per Ezechielem monet & minatur. Non parcer oculus meus super te, & non miserebor. Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoria eorum. O homo scelleste, hic oculus etiamnum apertus vigilat & videt te. O fastuoso, o adulter, o avaro, o impure & libidinose, o livide & ambitiose, o piger & ebrio, adhuc vigilat hic oculus, apertus est, & videt te!

Amplectamur ergo crucifixum Dominum IESVM, ne metuamus sequissimum judicem venturum. Iacob moriturus adoravit Dominum, conversus ad lectuli caput. *vers. 1.* Convertamur, o Christiani, ad lectuli caput. Iacimus forsitan haec tenus in suo quisque lectulo, suis quibus virtutis detinebatur. Ad caput hujus lectuli vertamur, pro se quisque sic ratiocinetur: Quod nam haec tenus præcipue vitium me ligabat, quibus potissimum sordibus volutabar, quo in cenno ad id temporis habebam? Huc me vertam, in hoc curas & cogitationes meas omnes impendam, hoc omnibus viribus agam, ut ē vitiorum lectulo emergam. Adorabo Dominum ad lectuli caput.

Finis Iosephi Ägypti Proregis descripti.

DANIEL